Canones.

j. Pleonexia quatenus refertur πρὸς ἡμᾶς et non πρὸς ἄλλον, sic n. avaritia est oppositum liberalitatis, producit duos effectus detestabiles: primo quidem specialem, q turpis lucri studium: Post etiam generalem, ut nempe sit radix omnium vitiorum, idq propterea, qa totius vitæ finem et scopum ponit absurdissim, nempe ~~poss~~ possessionem amplam pecuniæ, qua nec ipse fruaris nec alij, ex quo scopo oritur violatio legum divinarum et humanarum.

2. Divitiæ sunt per se et naturaliter bonæ.

3. Divitiarum appetitus alius est moderatus alius immoderatus.

4. Is vero est dives, non q multum divitiarum possidet, sed q contentus est divitijs sibi à Deo concessis, ijsq bene utitur, nihilq sibi putat rerum ad vitam necessariarum.

5. Contemtus divitiarum non laudatur absolutè, sed comparatè in respectu ad bona cœlestia.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn334708982/59 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG